

tiam non valet argumentum. Sæpenumero enim usu venit, ut superiores, id est, magistratus, parentes, heri &c. jubeant injusta.

XXXIX. *A parte veri ad mendacium non li. et cōcludere.* Nam qui partem veri dicit, sanè dicit quod res est. Itaq; non mētitur. Neq; verò semper tenemur omne verum dicere: quia potest accidere ut dicendo omne verum imprudenter & intempestivè, efficiamus gloriæ Dei, & cōmodo publico vel privato proximi; aut etiã proprio.

XL. *A simulatione ad hypocrisin non valet consequentia.* Est enim hoc argumētum à non distributo ad distributum: quia simulatio alia est moraliter & intrinsecè bona, ut illa Christi Luc. 24. 28. alia mala.

XLI. *Ab urbanitate & civilitate ad levitatem & scurrilitatē non licet argumentari.* Nam urbanitas & civilitas sunt virtutes morales, homine Christiano non indignæ.

XLII. *A jure fori ad jus poli non valet conclusio:* quia plurimùm differunt.

C A P U T XXIX.

De Sacramentis in genere.

I. *A Significatione generali vocabul: sacramentum ad specialem non valet conclusio.* Nam sacramentū latè significat quavis rem arcanam, quo sensu articuli symboli apostolici à veteribus appellantur sacramen-

cramenta-